



Claus Rønlevs bibliotek



Denne søgbare PDF-fil er downloadet fra min personlige hjemmeside www.ronlev.dk.

Digitaliseret efter aftale med Selskabet for Danmarks Kirkehistorie. PDF-filen er kun til ikke kommercielt brug.

Besøg www.ronlev.dk. Måske er der andre af mine mange tusinde artikler og scannede bøger, der har interesse.

Mange venlige hilsener

Claus Rønlev

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER

SJETTE RÆKKE,

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

J. OSKAR ANDERSEN OG **BJØRN KORNERUP**

PROFESSOR, DR. THEOL.

ARKIVAR, DR. THEOL.

FJERDE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GADS FORLAG.

1942-44.

Laudatio Episcopi Petri Erasmi Mülleri.

En Mindetale af J. P. Mynster.

Udgivet af **Bjørn Kornerup.**

Endnu i J. P. Mynsters Embedstid var det Skik, at Biskoppen jævnlig benyttede den Lejlighed, der frembød sig, naar han ved Landemoderne skulde »kreere« (eller korrekte: »proklamere«) nylig udnævnte Provster, til at holde en Tale paa Latin over et eller andet dogmatisk, pastoralteologisk eller kirkeretsligt Emne, som oftest med Henblik paa Øjeblikkets Bevægelser. Nogle af Mynsters Taler ved saadanne Anledninger foreligger udgivet i Trykken som Bilag til Landemodeakten, men andre kom aldrig længere end til Manuskriptet. Blandt de sidstnævnte findes ogsaa bevaret den nedenfor aftrykte Tale, den tidligste i sin Art fra Mynsters Bispetid. Da Biskoppen den 8. Juli 1835 for første Gang efter sin Udnævnelse skulde holde Landemode og proklamere en Provst, valgte han nemlig som et passende Tema for sin Tale at mindes sin Formand¹ i Bispeembedet, P. E. Müller, idet han samtidig vendte Blikket tilbage mod dennes nærmeste Forgængere, Fr. Münter og N. E. Balle.

Mynsters Tale, der foreligger i en egenhændig Renskrift

¹) Der syntes overhovedet ved Bispeskifter i Sjællands Stift at have udviklet sig den Sædvane, at den tiltrædende Biskop i en Tale mindedes sin Forgænger. Saaledes haves »Episcopus numinis igne calefactus in persona b. Petri Herslebii, episcop. Sialandiæ repræsantatus« af Ludvig Harboe, 1757; N. E. Balles Mindetale over Ludvig Harboe i »Memoria Ludovici Harboe«, 1784; Fr. Münters Ligtale over Balle i hans »Ordinations Taler«, 1817, S. 168—76; samt en Nekrolog over Fr. Münter ved P. E. Müller i »Lærde Efterretninger«, 1830, Nr. 18—19.

i Det kgl. Bibliotek (Ny kgl. Saml., 4°, 93b), maa uden Tvivl siges at være af Interesse i flere Henseender. Er det end let at mærke, at Romersproget ikke har tilladt Mynster at føje sine Ord helt med samme Lethed og Naturlighed, som naar han brugte Modersmaalet, saa er Talen dog et smukt Vidnesbyrd om hans Evne til at udtrykke sig ogsaa paa Latin og fuldstændiggør saaledes — i Forbindelse med andre af lignende Art — Billedet af ham som Taler. Dernæst er den vistnok i høj Grad betegnende for den alvorfulde, noget vemodige Stemning, der fyldte ham selv, den nu 60-aarige Mand, da han efter et langt Livs Arbejde og mange Omskiftelser var steget op til den højeste Værdighed i den danske Kirke og for første Gang i Roskilde skulde mødes med Kredsen af sine nærmeste Medarbejdere i den kirkelige Administration, Provsterne. Mest af alt har Talen dog Værdi ved de Udtalelser, den indeholder, om hans Forgængere: om *Balle*, der i sin Tid havde ordineret ham, og hvis Kamp som »Bibelens ensomme Kæmpe« han som ungt Menneske med Interesse havde fulgt¹; om *Münter*, som havde været hans Lærer ved Universitetet, og hvem han siden nøje havde været knyttet til gennem sit Ægteskab med dennes Datter²; og endelig om *P. E. Müller*, den mangeaarige Ven fra Barndomstiden, af hvis Virksomhed og Personlighed Mynster med nænsom Haand tegner et tiltalende, fint afstemt Billede.

Allerede i sin Tale ved P. E. Müllers Bisættelse i Vor

1) J. P. Mynster, Meddelelser om mit Levnet, 1854, S. 133, 165. J. P. Mynster, Blandede Skrivter III, 178. Breve fra J. P. Mynster S. 232.

2) Sin Svigerfaders Levned skildrede Mynster i en Biografi, første Gang trykt paa Tysk i Theologische Studien und Kritiken I, 13—53, siden udgivet paa Dansk i Tidsskrift for Kirke og Theologie II, 352—98, genoptrykt i hans Blandede Skrivter III, 167—204. Om Forbindelsen mellem Mynster og Münter jvfr. iøvrigt Mynster, Meddelelser S. 66, 232. Af efterladte Breve til J. P. Mynster S. 44—6. Nogle Blade af J. P. Mynster's Liv og Tid S. 76—77, 127—9. Kirkehist. Saml. 4. R. IV, 709 f. Bjørn Kornerup, Vor Frue Kirkes og Menigheds Historie S. 336.

Frue Kirke den 8. September 1834 havde Mynster haft Lejlighed til at fremdrage Træk til Belysning af den afdøde Biskop¹, men den specielle Anledning maatte nødvendigvis stemme Taler i en særlig Tonart. Han havde her, som han selv udtrykte det, blot henlagt »en Krands af mildt duftende, taarevædede Blomster ... paa den hæderlige og elskelige Mands Grav«² — ved det paafølgende Landemøde i Roskilde kunde han mindes sin Forgænger i en mere officiel Skildring og med et mere alsidigt Blik betragte hans Personlighed og hans Gerning set i Forhold til Tidens hele Udvikling. For saa vidt danner de to Taler en nøje Sammenhæng og udfylder hinanden. —

Som et Tillæg er vedføjjet en Fortegnelse over alle Mynsters (latinske) Taler ved Landemoder. Den sidste af disse er Taler »de sic dicta emancipatione scholarum«, der blev holdt den 2. Juli 1851. Det var sidste Gang, at der ved Sjællands Stifts Landemoder blev holdt en latinsk Tale — den kort efter under Martensens Ægide følgende Omdannelse (og Udvidelse) af Landemoderne var ikke gunstig for Fortsættelsen af en Skik, som maaske allerede da følte som ikke helt tidssvarende³. Den 2. Juli 1851 bliver saaledes — blandt flere andre — en Milepæl i Historien om den latinske Dannelses Tilbagegang i Danmark.

¹) Trykt i Kirkelige Leiligheds-Taler II, 320—4.

²) Anf. Skrift II, 324.

³) Ogsaa en anden, hermed beslægtet Tradition var Mynster den sidste, der holdt i Live, den Skik nemlig, at Sjællands Biskop indbød til Bispevielser ved et latinsk Program. Efter 1848 forlod Mynster den dog selv delvis, idet nu kun Indledningen og de nye Biskoppers Vitæ blev affattet paa Latin, men Afhandlingen, der udgjorde Hovedindholdet, paa Dansk (saaledes i Mynsters sidste Program, fra 1852 i Anledning af C. T. Engelstofts og S. C. W. Bindesbølls Indvielse). Det sidste Program, der helt var paa Latin, udkom 1846 indeholdende en Afhandling af Mynster: *De illo fratre, cuius Paulus 2 Cor. VIII, 18 mentionem facit, commentatio*.

LAUDATIO DEFUNCTI SIELLANDIÆ EPISCOPI
PETRI ERASMI MÜLLERI. ORATIO SYNODALIS
HABITA ROESKILDIAE DIE 8vo JULII 1835

Etsi, fratres carissimi, nil jucundius quam ordinem vestrum summe venerandum in hocce augustissimo templo congregatum adspicere, nil magis honorificum quam ille amoris et benevolentiae consensus, quo me in coetum huncce vestrum vocatum excipere dignati estis, tamen me hodie primum inter vos verba facturum tenet non modo verecundia, qua hunc locum talemque in eo consessum intueri omnino decet, non modo consideratio muneris illius gravissimi, ad quod viribus infirmis sustinendum vocatus sum, sed penetrat etiam intimos animi recessus ille sensus, quo vicissitudinem rerum humanarum contemplari necesse est, et qui ex variis animi affectibus miscetur. Quæ enim oculis obversatur nova rerum facies, nequaquam animum ita ad se trahit, ut præteritarum rerum oblivisceremur. Longioris vitæ hoc est emolumentum, hæ sunt divitiæ, ut præterlapsorum temporum, ut hominum, qui jam e scena vitæ disparuerunt, memoria nos comitetur, ut in mente nostra præterita cum præsentibus se jungant, ut hodierna sæpe effugere liceat, et cum prioris ævi hominibus ita conversari, ac si coram adessent. Si vero tali modo animus in solennibus horis ad remotiora se converterit, subit quidem desiderium, his in terris nunquam implendum; quum autem dolorem tempus pietasque lenierint, inest etiam huic recordationi nescio quæ voluptas, qualem ex præsentibus raro percipere licet.

Sic etiam me heic primum prodeuntem non adeo capit rerum novitas, ut non ex adytis animi resurgant præclarorum virorum, in quorum locum successi, imagines. Vigebit semper his in locis, neque intra fines hujus dioeceseos inclusa, memoria præsulis dignissimi, meritissimi *Nicolai Edingeri Ballii*, viri, si quis unquam, omnibus ad munus gnaviter gerendum doctrinæ et experientiæ copiis instructi,

integerrimi, strenui, qui fide in Deum et Unigenitum ejus Jesum Christum flagrabat; neque is ad judicium de aliis ferendum proclivis erat, sed sui ipsius rigidus censor, in alios mitis, ita tamen ut semper in officio vigilaret, neque unquam causam Domini et ecclesiæ desereret, quin potius sanguinem fuisset fusurus, quam, quantum in ipso erat, passurus, ut detrimenti aliquid acciperet illi concredita provincia. Decessit e vivis, nos tamen non lugentes, sed potius gratulabundi, funeri ejus adsistebamus¹; erat enim is jam annis et ærumnis confectus, deciderant jam, quæ eum ad terrena adstrinxerant, vincula, migravit ad coelites, et mercedem accepit, quam fidelibus suis servis seponit Dominus, justus ille judex. Acerbius infligebatur vulnus, quum præmatura morte, talis enim nobis videbatur, abriperetur successor illius *Fredericus Münsterus*, vir, de quo omni suo pondere valent nomina, sæpe nimis leviter usurpata, Summe Reverendi, Doctissimi, Celeberrimi. Qui vos omnes, fratres carissimi, ex fato tristi, inopinato invasit dolor, is me vel maxime afflixit, qui in eximio viro non solum doctorem gratissimo animo agnoscebam, et per longam annorum seriem præsulem veneratus eram, sed tenerrimis vinculis illi adstrictus amicum, immo patrem² ereptum lugebam. Maximum est in tali moerore solatium, quum multos ejusdem doloris participes habemus; neque defuit nobis in tam acerbo luctu hocce lenimen, lugebant dioecesani, lugebant cives, lugebat patria, et per omnes terras, in quibus eruditioni suus contigit honos, lugebat universa respublica literaria. Requievit a laboribus, quiescit in pace, floret autem laus viri eruditissimi, cordatissimi, et unusquisque effluens annus satis testatur, ipsum sibi perennia exegisse monumenta.

Subsederat, non quidem desiderium, at luctus saltem,

1) Om Balles Bisættelse se Jens Møller, Biskop Dr. Nicolai Edinger Balles Levnet og Fortjenester S. 294—5, og Khs. Saml. 3. R. IV, 378—95.

2) Mynster havde 21. Juli 1815 ægtet en Datter af Fr. Münster.

quum aliud letale fatum ecclesiæ nostræ instaret. Non multi elapsi sunt menses, postquam tristissimus nuntius provincias nostras pertransivit, abreptum esse etiam *Petrum Erasmum Müllerum* morte, non quidem inopinata, at acerba et magis etiam quam in prædecessore præmatura. Vacuum erat illius solium, lugebat ipsa sanctissima hæc ædes, orbata suo antistite, quum anno præterlapso ultima vice hic congregabamini, fratres carissimi, neque aderat qui id sibi muneris injunctum existimaret, ut quos omnes animo gerebant tristitiæ et gratitudinis sensus eloqueretur¹. Contigit jam mihi, id quod Deus Optimus Maximus in commodum non meum solum, sed ecclesiæ vertat, ut benevolentia Regis Augustissimi in locum viri junioris succederem². Non vero a me impetrare possum, ut hac hora, talis viri oblitus, ad me ipsum vel ad res ante oculos positas animum convertam, neque sane aliud, fratres, a me ipsi vultis, quam ut in recordatione viri egregie meriti, vobis omnibus carissimi, mihi que amicissimi jam vobiscum immorer. Non sinunt vires, non patitur tempus, non locus, ut omnia, quæ ille strenue, sagaciter, candide, pie egerit, perlustret sermo; jubet necessitas, ut hic in brevi delineatione subsistamus.

Natus erat ille honestissimo loco, optimis parentibus, anno præterlapsi seculi septuagesimo sexto, die 29^{no} mensis Maji. Matre vero mox defuncta, patre senescente, fratre et sorore non paulum natu majoribus, pueritiam egit solitariam. Inerat autem puero optima indoles, optimæ naturæ dotes, veri atque honesti sensus vividus, et animi perturbationibus minus obnoxius jam a teneris annis firmo gressu ad metam, quam mature sibi proposuerat, procedebat. Quum enim ipse omnium bonarum artium amore flagraret,

1) I Beretningen for Efteraarlandemodet 1. Okt. 1834 (Acta Synodi Dionysianæ) hedder det, at Provst [Johan Philip] Beck fra Uby prædikede og »mod Prædikens Slutning paa en værdig Maade omtalte, hvad Kirken havde tabt i vor nys ved Døden afgangne Biskop . . .«.

2) P. E. Müller var født 29. Maj 1776, J. P. Mynster 8. November 1775.

jam inde a primis annis animo infixum erat, ut munere doctoris academici aliquando fungeretur; neque tamen, dum studiis gravioribus, ut vocantur, sedulo se daret, sensum venusti, quem semper in illo admirati sumus, excolere neglexit. Otium, quod a severioribus disciplinis relinquebatur, multifariæ lectioni impendebat, et in monumentis artis tam antiquæ quam recentioris contemplandis lubenter versabatur. Adolescens ex æqualibus optimum quemque amicum sibi adjunxit, in quo enim juvene adsunt unacum ingenii acumine et eruditionis copia etiam pii probique mores, ad eum congregantur alii ejusdem indolis juvenes. Idem se mox omnibus, qui tum eruditionis laude florebant, probavit, et civium, quotquot literis et bonis artibus bene cupiunt, oculos in se convertit. Cursum academicum egregia cum laude absolvit, in certamine literario, quod quotannis civibus academicis proponitur, victor evasit, et ad gradum doctoris philosophici dissertatione¹, quæ adhuc apud doctos in magno est pretio, viam sibi aperuit. Ut vero ad munus academicum, quod in se delatum fore jure suo augurabatur, gerendum magis se idoneum redderet, data opportunitate ad exteros properavit. In Germania inclytissimorum theologiæ et philosophiæ doctorum scholas frequentavit, Helvetiam attigit, Galliam et Angliam visitavit. Ex itinere redux lectionibus academicis statim vacabat, et anno hujus seculi primo, viginti quinque annos natus, in ordinem theologorum Havniensium recipiebatur.

Non opus est, fratres carissimi, ut longo sermone vos detineam, uberius describendo, quomodo hoc munus sibi injunctum per triginta fere annos gesserit vir egregius; ipsi enim hoc probe nostis, plerique vestrum subsellia ejus frequentastis, nonnulli in interiorem familiaritatem admissi fuistis. Scholas exegeticas non semel aperuit, magis tamen illi placebant disciplinæ theologicæ, quæ ad fines philosophiæ proprius accedunt. Philosophiæ enim olim strenuus

¹) Commentatio historica de genio, moribus et luxu aevi Theodosiani. I. 1797. — II udkom i Göttingen 1798.

cultor, persuasum habebat, non posse theologum hujus ope carere, neque posse theologiam, quæ quidem nunquam veritatem christianam temporibus vel vacillanti hominum judicio submittere, sed homines cordatos ad se trahere debet, ad ingenium cujuscunque seculi adaptari, nisi respectu habito ad illam formam philosophiæ, quæ jam invaluerit. Turbulenta erant tempora, ab una parte acerrimi propugnatores ne tantillum quidem inimicis concedere volebant, ab altera infestissimi homines omnia ad se rapere studebant. Qui inter tales tumultus adoleverant juniores theologi rem minus feliciter gerebant, unum quasi post aliud castellum deferebant, vel iniquissimis conditionibus pacem cum adversariis inire tentabant; quum autem hi omnia sibi concedenda postularent, protrahebatur res, donec, providente divino Numine, lætiora ecclesiæ tempora refulgerent. Non autem timidis defensoribus, vel potius desertoribus, annumerari se voluit noster. Non quidem juvenili fervore ad talia proferenda festinabat, quæ mox retractare cogeretur, sed placido, at securo, gressu procedebat, et, quo ipse ardebat, veritatis amorem in aliis accendere studebat. Quæ ei inerat persuasio, evangelium Jesu Christi coelitus nobis datum esse, ut ex hoc limpidissimo fonte, adsistente Spiritu divino, omnia hauriamus, quæ animum excitare, vitam moresque formare, mentem sine periculosa securitate tranquillam reddere et beatæ vitæ spe erigere possunt, hanc persuasionem ipse in opere, ingenii acumine et elegantia sermonis conspicuo, adeo exposuit, ut non modo illis temporibus, quibus prodibat hic liber¹, optime inserviret, sed ut in posterum etiam auctori perspicaciæ, eruditionis, pietatis atque candoris laudem pariat. In omni disciplina se non tanquam doctorem præbebat, qui systema quoddam omnibus numeris absolutum haberet, ad quod auditores obstringeret, sed tanquam discipulum Servatoris, qui ejus verba semper melius intelligere, et unum post aliud caput

¹) Kristelig Apologetik eller videnskabelig Udvikling af Grundene for Kristendommens Guddommelighed, 1810.

doctrinæ, uti theologum decet, enucleare studebat. Novimus omnes, quam lucide et ingeniose mysterium Sacrosanctæ Trinitatis in peculiari libro¹ exposuerit, et si systemata ejus, tam dogmaticum quam ethicum², evolvamur, reperiuntur sine dubio nonnulla, quæ adhuc penitiorum tractationem requirunt, multa vero etiam, quæ vel sagacioribus lectoribus satisfaciant, et omnia fere ejusmodi sunt, ut tirones, quorum in usum hi libri proprius destinabantur, alliciant, iisque facilem viam ad altius penetrandum muniant. In his stylo et ore tradendis plurimum temporis, uti fas erat, consumsit; nostis omnes, quam religiose muneris sui ordinem, etsi infirma valetudine semper laborans, servaverit, et quantum illi cordi fuerit, ut præcepta fidei et morum junioribus inculcarentur; neque in jam perfectis subsistebat, sed ad altiora semper tendebat; quæ ipse studio indefesso in animoolvebat, clarius semper et luculentius aliis exponere conatus est; quæ ipsi inerat animi æquitas et serenitas auditoribus etiam infundebatur, et lenis illa totius vitæ gravitas, si ita dicere fas est, juniores adeo devinxit, ut magistrum non minus diligenter quam venerarentur; neque facile quisquam est, qui ejus instructione olim gaudebat, qui eum non semper amore et reverentia sit prosecutus.

Quod autem inter nostrates non raro accidit, ut theologi historicis studiis imprimis delectarentur; est enim genti nostræ insitum ad prisca tempora semper devolvi, et monumentis antiquioris ævi lubenter immorari; id etiam in hoc viro conspicari licebat. Meditabatur per multos annos opus majus historicum, in quo prima fata Christianismi his in terris describere volebat. Hoc autem opus ut perficeret, nedum ut inchoaret, non erat in fatis. Sic autem sæpe incepta nostra frustrat providum numen, ut inde ad alia

¹) Den christne Kirkes almindelige Symboler med Indledninger og Anmærkninger, samt en Udsigt over Treenighedslærens Udvikling, 1817.

²) System i den christelige Dogmatik til Brug ved academiske Forelæsninger, 1826. — Kristeligt Moralsystem, 1808; 2. Udg. 1827.

delabamur, quæ nobis et tempori magis convenient¹. Quum se ad illud opus accingeret *Müllerus*, atque ideo plenior notitia status patriæ antiquissimi quærenda esset, neque satisfacerent antecessores, ipse omnia enucleare et ordine disponere tentavit. Ut fit, magis magisque alliciebatur his studiis, quæ illi, quum hoc tempore infirma utens valetudine horas vespertinas in solitudine quadam voluntaria transigeret, dulce lenimen præbebat. Tali ab initio prodibat series illa operum præstantissimorum, quibus fama auctoris ad exteros penetravit, quibus nomen ejus, quum cetera ejus merita obscuraverit tempus, ad posteros perdurabit, quæ semper manibus terent quicumque rerum borealium solidiorem notitiam e fontibus haurire volent². Offerebant se inter tales lucubrationes etiam disquisitiones de lingua septemtrionis antiqua, ad quas postea sagacissima et amoenissima illa de synonymis lingvæ vernaculæ hodiernæ meletemata³ accessere.

Non est hujus loci, neque hæc diligentius perlustrare, neque alia, quibus de republica literaria bene meruerit, recensere. Quinque abhinc annis aliud munus, idque gravissimum, in illum conferebatur. Defuncto enim, quem honoris causa nominavimus, Siellandiæ episcopo *Frederico Mynstero*, ad illius successionem, non se ipse offerens, at vix ac ne vix quidem annuens, vocabatur *Müllerus*. Nova erant ei in hoc munere fere omnia, novimus autem quanto cum

1) Mynster kan her bl. a. ogsaa tænke paa sine egne Ungdomsplaner om at skrive et større Værk om de første tre Aarhundreders Kirkehistorie, Planer, han vedblev at sysle med til sin sidste Tid, og som netop har sat Frugt i en Række Afhandlinger i de tidligere (S. 216) nævnte Bispevielsesprogrammer (jvfr. Mynster, Meddelelser om mit Levnet S. 178—9, 272).

2) Der tænkes vel fortrinsvis paa P. E. Müllers Sagabibliothek med Anmærkninger og indledende Afhandlinger, 1—3, 1817—20; delvis oversat til Tysk 1816 og 1832, samt paa en Række Afhandlinger om den ældste nordiske Historieoverlevering samt paa Biografierne af Andreas Sunesøn, 1830, og af Lage Urne, 1831—3.

3) Dansk Synonymik, 1—2, 1829.

studio laboraverit, ut officio satisfaceret. Neque id frustra, jam enim quasi in suo degebat, et faciliore negotio omnia exsequabatur, jam lætabatur otii aliquid relictum esse, quod assuetis studiis impenderet, quo adeo diligenter usus est, ut vetus ille et celeberrimus rerum nostrarum scriptor, Saxo, quem Grammaticum vocant, ejus curis adornatus tandem digna facie prodeat¹, quod opus tri[bu]s annis fere absolvit. Hic autem etiam terminum attigit; quod jam diu, proh dolor! appropinquare videbamus, sæpius redeunte accessu morbi, viribus magis magisque debilitatis, id protrahabatur quidem, averti autem nequivit. Dies quartus mensis Septembris anni præteriti fuit illi supremus.

Elabuntur menses, mitigatur acerbitas doloris, resarcitur quæ inflicta erat plaga, redeunt in ordinem res disjectæ, neque licet, neglectis præsentibus rebus, tumulo adhærentes vitam in recordatione temporis acti consumere. Mihi autem animo recolenti quis et qualis fuerit ille vir, et quomodo in diversis vitæ nostræ temporibus, etsi interdum loco et negotiis sejuncti, iterum conveniebamus, neque unquam aliquid in mutuo commercio fuerit, nisi quod ab amicitia et benevolentia originem traheret, et quod nunc hujus viri loco inter vos adsto, fratres optimi, æstuat pectus diversis agitatum sensibus. Quæro amicum, cujus faciem adspicere, vel nomen saltem audire quovis die licebat; inter negotia publica, inter studia, in amicorum convictu eum quæro, neque invenio; de aliis jam sermo est, ubi nomen ejus semper occurrebat, doleo ob mutationem rerum humanarum; erigitur autem animus et vero gaudio exsultat, dum reputo, hoc quidem commune esse omnibus, ut ex hac vita decedant, id autem perpauca contingere, ut vitam factis, dictis, moribus ita illustrent, ut sui desiderium apud omnes bonos relinquunt, ut nomen eorum ad posteros etiam permanebit, et patriæ inde gloria augeatur; hoc autem amico contigisse.

Erat ille vir integerrimus, qui omnia ad conscientiam,

¹) Udgaven af Saxos Historia Danica udkom først 1839, besørget i Trykken af H. M. Velschow.

nihil ad ostentationem¹ referebat, laboris, doloris, injuriarum etiam patiens; egregius a naturæ conditore instructus erat animi facultatibus, quas religioso et indefesso usu acuit, perspicax, ingeniosus; sermo illi erat venustus, idemque sale conditus, nunquam tamen offendens, sed facetus, exhilarans; vita ejus domestica casta, proba, sancta, optimus erat conjux, optimus parens; pietas non minus ex ore quam e toto vitæ habitu elucebat, erat hæc illi fida in rebus lætis et adversis comes, leniebat diuturni morbi molestias, adstabat lecto morientis. Est illi terra levis, molliterque ossa recubant.

Dicta sunt hæc, non juxta merita viri, sed ut animus ludit, qui hisce momentis aliud orationi objectum quærere recusabat. Nos autem, qui adhuc hoc coelum intuemur, et ad officia his in terris implenda vocamur, decet ita vita functorum meminisse, ut eorum virtutes sedulo reputantes ad omnia proba et honesta nos excitemus. Quæ in tali adhortatione hac ipsa hora ad me ipsum pertinent, jam taceo. Dum autem vestro favori, vestræ amicitiae me commendo, fratres summe venerandi, lætor quod in ipso velut officii limine virum salutare liceat, qui nunc prima vice in hac synodo præsens vestrum ordinem in posterum condecorabit. Ad aliud enim munus vocato præfecturæ Borrigiensis præposito S. V.² *Severino Ortwed*³, viro æstumatissimo nobisque percaro, in locum illius suffectus est, qui jam ad hoc altare accedet, S. V. *Fredericus Laurentius Steenberg*⁴, vir, qui, laude optimorum et solidissimorum studiorum in juventute acquisita⁵, munera, ad quæ hucusque vocabatur,

¹) C. Plini Caecili Secundi Epist. I, 22, 5.

²) S. V. ∴: summe venerabilis (e).

³) Provst over Bornholms Provsti, Sognepræst i Rønne-Knudsker, siden Domprovst i Roskilde, Søren Rosbjerg Ortwed (1796—1872) var 4. Juni 1834 blevet Stiftsprovst og Sognepræst ved St. Knuds Kirke i Odense.

⁴) Sognepræst i Olsker-Allinge, siden i Ringsted-Benløse Frederik Laurentius Steenberg (1801—70).

⁵) Provst Steenberg havde 1822 vundet Universitetets Guldmedaille

adeo strenue gesserit, ut omnium suffragiis majore in ecclesia gradu dignus censeretur. Ad hunc igitur gradum quum clementia Regis adscenderis, jam Te, frater carissime, invito, et, quum lege præscripti jurisjurandi religione Te obstrinxeris, jura Tibi concessa in Te solenniter conferantur. (Jusjurandum).

Quod igitur felix faustumque sit, et quod omnipotens Deus in commodum ecclesiæ suæ vertat, ego *Jacobus Petrus Mynster*, Theologiæ Doctor, Siellandiæ et Ordinum Regionum Equestrium Episcopus, Confessionarius Regius, Ordinis Dannebrogici Commendator, ejusdemque Ordinis cruce argentea insignitus, Te, *Fredericum Laurentium Steenberg*, pastorem Rothnensem, præfecturæ Borringiensis præpositum a Rege Augustissimo creatum renuntio atque proclamo in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti.

Salve, præposite S. V., locum Tibi legitime concessum occupa. Feruntur ad coelum pia prece vota nostra, ut Deus Tibi omnia prospera largiatur, ut Te Spiritu suo adjuvet, ut ad Illius honorem, ad commodum Ecclesiæ, ad salutem hominum tendant omnia Tua conamina, et læto successu coronentur! Amen!

TILLÆG

Fortegnelse over J. P. Mynsters Landemodetaler. Til alle de nedenævnte Taler undtagen til Nr. 5 findes Forfatterens egenhændige Manuskript bevaret i Ny kgl. Saml., 4^o, 93 b.

1. (1835 8. Juli) Laudatio defuncti Siellandiæ episcopi P. E. Müller (trykt ovenfor).
2. (1837 5. Juli) De studio novandi in ecclesia legitimo.
3. (1839 3. Juli) De vinculo parochiali.
4. (1840 8. Juli) De ordinatione ecclesiastica (trykt som

for Besvarelsen af det teologiske Prisspørgsmaal om Fortolkningen af Højsangen, specielt med Hensyn til, om der ud fra orientalsk Poesi kunde fremføres noget til Forsvar for den allegoriske Fortolkning af dette Skrift.

Tillæg til Acta Synodi Johanneæ 1840 S. I—XXIV og i Blandede Skrivter VI, 492—510).

5. (1842 29. Juni) De notione ecclesiæ (trykt som Tillæg til Acta Synodi Johanneæ 1842 S. I—XVI og i Blandede Skrivter VI, 511—22).
6. (1845 2. Juli) De præsentî ecclesiæ nostræ conditione (trykt som Tillæg til Acta Synodi Johanneæ 1845 S. I—XIV og i Blandede Skrivter VI, 523—33).
7. (1847 7. Juli) De libertate in ecclesia vindicanda.
8. (1849 4. Juli) De forma administrationis ecclesiæ.
9. (1851 2. Juli) De sic dicta emancipatione scholarum.

¹⁾ I et Brev af 26. Juni 1851 til Biskop Brammer udtalte Mynster om denne Tale sin Frygt, »at den er saa ufyldstgjørende, at den meget maatte udvides og omarbeides, dersom den skulde offentlig udgives« (Theologisk Tidsskrift for den danske Folkekirke III, 455—6).
